

tenetur quidem ad sumptus, ut illuc pensio transmittatur. Intellige, dummodo in contractu locationis detrahatur aliquid de ordinaria pensione, cùm hoc olsus meliorationum alienum sit à natura conductioñis. Cæterum expensæ modice, et ordinariæ in re conducta faciendæ, regulariter spectant ad conductorem; extraordinariæ verò ad locatorem, ut *Croix l. c. n. 1052. cum Spor. et Tamb.*

864. — Quær. 5. an debeatur pensio famulo conducto ad servitium annum, si ægrotet per aliquos menses, puta per trimes-
tre? Affirmat *S. Antonin. Graff etc. apud Croix lib. 3. p. 2. n. 1050.* Sed verius negat communis sententia, quam tenent *Lugo D. 29. n. 58. et Croix l. c. in fine cum Mol. Laym. et aliis.* Quia de justitia non debetur salarium pro obsequio non prestito. Putat autem *Azorius apud Lugo n. 60* teneri saltem dominum ad præstandum famulo alimenta, et expensas necessarias pro curatione. Melius tamen dicunt *ib. Rebell. et alii cum Dian.* non teneri nisi ad sumptus leves pro brevi infirmitate: Quinimo non immeritò ait *Lugo*, neque ad id obligandum esse dominum, nisi forte aliquando ex caritate, casu scilicet quo infirmus esset in gravi neces-
sitate. Bene tamen excipit *Ronc. quest. 3. R. 2.* nisi alicubi esset consuetudo, ut domini teneantur ad totum stipendum, si famulus, ad annum conductus, per aliquot dies ægrotet.

DUBIUM XII.

De contractu Emphyteusi, Feudi et Libelli.

863. Quid de Emphyteusi? — **866.** An debeatur pensio in gravi jactura fructuum? — **867.** — Quid de Feudo? — **868.** Quid de Contractu Libellatico?

863. — « **RESP. 1.** Emphyteusis est contractus similis locationi, in quo res immobilis, quæ cultura possit effici melior, conce-
ditur alteri, vel in perpetuum, vel nec brevitas saltem, quam
ad decennium; ita ut dominium ejus directum, et possessio
civilis maneat apud dominum, qui tradit in Emphyteusim;
dominium autem utile transferatur in Emphyteutam, cum hoc
onere, ut quotannis certum canonem, ut vocant, seu pensionem
domino solvat, quam si totam solvere negligat 26 annis con-
tinuis in Emphyteusi Ecclesiastica (cùm scilicet res est Eccle-
siæ, vel pii loci), vel in seculari 36 annis, incidit ipso jure in
poenam commissi, ut dominus eum expellere possit* (*Etiam
auctoritate propria, ut multi cum Pal. p. 10. n. 1 et 6. Sed Less.
dicit præcedere debere monitionem. Vide Croix l. 3. p. 2.
n. 1062.*)*, etsi in solutione interpellatus non fuerit: Licet
enim *Bart. et alii quidam ap. Dian. p. 8. t. 7. R. 36.* dicant,
si per 30 vel 40 annos non solverit, eum præscribere immu-
nitatem in futurum, id tamen *Wesemb.* et alii 5 negant, Vid.
loc. cit. Porro, quid juris sit in hoc contractu, pendet ex con-
suetudine locorum, quæ varia est, et ex ipsa conventione con-

» trahentium, quæ scripto instrumento concipi debet, ut valeat.
» Vid. *Laym. lib. 3. t. 4. c. 23. Less. l. 2. c. 24. d. 9.* »

866. — Utrum Emphyteuta debeat pensionem, quando patitur gravem jacturam fructuum? Dicit *Pal. tr. 33. D. 9. p. 7. n. 5.* de uris rigore, et consuēdine, integrum pensionem esse solvendam, ex *l. 1. C. de Jure emphyt.* ubi sancitur, quòd, prædio manente in parte, solvenda est pensio. *Lessius tamen lib. 2. cap. 24.
num. 49 et 50. ac Lugo D. 29. n. 88.* rectè sentiunt hanc legem esse intelligendam, quando pensio est modica respectu fructuum, et magis datur in recognitionem dominii directi quam ad fructus compensandos. Secus verò, si sit magna et fere æqualis fructibus, nam tunc ex æquitate deberet minui, vel fundo pereunte ex parte, vel magna sterilitate adveniente. Utrum autem Emphyteuta gaudeat privilegiis, quæ dominus directus in re habebat? Affir-
mant *Bart. Jason. Tiraq. etc. ap. Croix l. 3. p. 2. n. 1064.* Sed negant probabilius *Less. Laym. Pal. etc. ib. Ratio.* quia, cùm transfertur in Emphyteutam utile dominium rei, res fiat sua; unde, si nimurum ipse sit laicus, non potest gaudere privilegiis Ecclesiæ, ad quam spectet dominium directum.

867. — « **Resp. 2.** Feudum est contractus similis Emphyteusi, quo res immobilis alicui conceditur, cum translatione domini utilis, proprietate retenta, sub onere non quidem aliquid sol-
vendi, sed exhibendi fidelitatem, et obsequium personale directo domino. Qnod si tamen non faciat Vassallus (sic enim dicitur feudi acceptor), perdit feudum. Interdum etiam in feudo ali-
quid persolvi debet in recognitionem dominii directi, sed tunc ex ea parte deficit à puro feudo, et declinat ad Emphyteusim. Porro, quid juris sit circa feuda, pendet item a locorum consue-
tudine: quæ juris communis sunt. Vide *loc. cit.* »

868. — « **Resp. 3.** Contractus Libellaticus, sive datio ad libel-
lum dicitur, cùm Emphyteuta, vel Feudatarius rem illam,
quam in feudum, vel emphyteusim accipit, simili contractu
tradit tertio, (ad quod tamen, si in decennium fiat, requiritur
domini consensus): ita ut sit quasi subfeudum, subemphyteu-
sis. Ita *Less. d. 1. n. 6.* (V. Not. XLVII, pag. 373.)

DUBIUM XIII.

Quid sit Sponsio, et Ludus.

869. Quid est sponsio, et an sit licita? — **870.** An licet spondere circa peccatum committendum? — **871.** Quid ludus, et quando licitus? — **872.** An sit restituendum lucratum a filiofam. aut Religioso? — **873.** Quid, si Religiosus ludat illicite per licentiam gene-
ralem? — **874.** An Religiosus possit plus lucrari, quam perdere? — **875.** An si exponat majorem sumrnam, quam possit, teneatur restituere lucratum? — **876.** Quantum filius-familias possit expo-
nere ludo? — **877.** Quando ludens cum deceptione teneatur resti-
tuere? — **878.** An valeat sponsio, si unus spondeat majorem sum-
nam, quam alter? — **879.** An si unus rem certò sciat, et mani-